ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑ.

XENOPHONTIS

INSTITUTIO CYRI,

EX RECENSIONE ET CUM ANNOTATIONIBUS

LUDOVICI DINDORFII.

OXONII:
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
M.DCCC.LVII.

PRÆFATIO.

INSTITUTIONIS Cyri tres sunt codices præcipui,

A. Parisinus bibliothecæ imperatoriæ 1635, olim MCCLXIII, 1384, 2534, chartaceus, formæ quartæ, complexus præter Herodotum alia manu scriptum foliis 239—346 Cyropædiam atramento adeo pallido exaratam, ut non solum in medio opere multa vocabula postea nigriori sint obducta, sed tota pagina prima eodem modo quasi rescripta. Cyropædiam foliis 348—405 sequitur Anabasis alia manu scripta, cujus pauca quædam specimina exhibuit Larcherus, ut dixi præf. ad Anab. p. vii. in littera P. In fine libri subscriptum: Τὸ *παρὸν ἔχει φύλλα τὰ πάντα εἰσὶν τετρακόσια τρία καὶ δέκα· ἤγουν φύλλα υιγ*: † *ξενοφῶντος κύρου ἀναβάσεως βιβλίον ζ̃ον. ξεινοφάωντος κύρου ἀναβάσεως τέρμα* (*τ* in *π* mutato et *ας* super *μα* scripto) *ἔσχεν*. Et paullo infra *ξεινοφάωντος κύρου ἀναβάσεως πέρας ἔσχεν. μουσἀγέτας διδαχῆς νόεο θεΐου*, quæ verba etiam paullo supra scripta, sed a bibliopego quarto vocabulo charta obducto. Cyropædiam quæ scripsit manus omnium minime est elegans, et non solum ductibus ejusmodi ut *ε* et *η* vix possint ubique discerni, sed etiam vitiis multis orthographicis refert *χωρικόν τινα ἀπαίδευτον*, ut ipsi se in subscriptionibus codicum interdum vocant librarii. Itaque schedula paginæ aversæ ante Herodotum agglutinata quod litteris rubris testatur + *τὸ παρὸν βιβλίον ὑπάρχει κυρίου παλαιολόγου Παύλου τοῦ ῥάλη. ὁ δὲ γράψας δημήτριος ὁ λεον*^(τν): † si eundem spectat hominem, de quo infra in B., ut certe prorsus manum ejus refert, quomodo ad hunc possit codicem referri, qui nihil habet illius manui simile totusque scriptus est manibus ab illa longe diversis, non apparet, quippe alteri potius conventurum. Eidem paginæ alia manu scripta agglutinata schedula incipit: Τῇ *τοῦ θεοῦ εὐδοκίᾳ ἐτέχθη μοι υἱὸς ἐπὶ ἔτους ς* ^(ου)*ᾀ* *πθ* etc., quæ repeti non tanti.

Simillimus autem hic liber multo antiquiori, olim S. Athanasii montis Atho, nunc bibliothecæ Escorialensis plutei T., 3, 14, n. 171[a]. Qui etsi caret vitiis illis orthographicis in A., ut dixi, frequentibus, velut *νὶ* pro *νῇ*, *αἴσθονται* pro *αἴσθωνται* et similibus, aliisque levioribus mendis, atque etiam nonnulla in A. omissa servat et addita omittit, novi tamen verique in partibus a viro clarissimo U. C. Bussemakero inspectis nihil suppeditat præter *ἑόρακα* 1, 3, 2, quod habet a prima manu, ab secunda *ἑώρακα*, ut alibi etiam a prima.

D. olim Altorpiensis, nunc bibliothecæ Academiæ Erlangensis n. 88, membranaceus formæ maximæ, foliorum 56, paginis bipertitis versuum quinquagenorum, scriptus nitide et eleganter, initio libri quarti inauratis emblematis ornatus, sæpe etiam in marginibus compendiis vocabulorum *γνώμη*, *σημείωσαι* vel *ὡραῖον* aut ascripto *ὡραῖον ὅλον τὸ χωρίον τοῦτο* notatus. Pagina adversa folii præfixi inscriptum: *Liber Vincentii Obsopœi et suorum amicorum.* Quibus alia manu additum : *ad hunc sunt Eptæ I. Camerarii, vol.* 2, *p.* 307. Tum rursus alia manu :

> ✝ *ἥνπερ ἐγὼ βίβλον κλεινοῦ παῖς δῶκα γαρίνου*
> *βαπτιστὴς φαιδρῷ ξένιον λάβε φέρτατε θυμῷ*
> *μικρὸν μὲν, σφοδροῦ δὲ πάτερ μέγα τέκμαρ ἔρωτος.*
> *μνῆμα δ' ἐμῆς μόνιμον φιλίας μάλ' ἀμύμονος ἔστω.*

Desunt jam folia complexa 4, 2, 20, *πολεμίων*—5, 2, 27, *ἔφη ὁ Γωβρύας*, folia vero complexa 6, 1, 33, *δὲ ὁ Ἀράσπας*—7, 2, 27, *σὺ ἐμοῦ* a bibliopego post 8, 3, 3, *τὰς καλλίστας* tralata sunt. Integro adhuc usus erat Camerarius in interpretatione Latina Cyropædiæ Parisiis edita a. 1572, ubi de eo annot. p. 299: "Interpretati sumus ea quæ extarent in vetere libro allato ex bibliotheca Budensi et mecum communicato a doctiss. viro Vincentio Obsopœo." Quibus addit scripturam eandem quam annotavimus ad 1, 2, 2, multisque aliis locis ejus facit mentionem, quamvis neque constanter eum consuleret, ut 5, 5, 19, *suspicari aliquem posse* scriberet quod recte in illo scriptum est *καλὸν reponi de-*

[a] Millerus *Catalogue des Manuscrits grecs de la bibliothèque de l'Escurial* p. 138 : "T.—III.—14. 171. *In* 4° *en parchemin, de* 149 *feuillets, et du* XI[e] *siècle, manuscrit provenant de la bibliothèque de Hurtado de Mendoza. Il appartenait d'abord à la bibliothèque de saint Athanase, monastère du mont Athos, comme l'indique cette note placée en tête du volume :* Βιβλίον προστεθὲν τοῖς κατηχουμενείοις τῆς ἱερᾶς λαύρας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου παρὰ τοῦ τιμιωτάτου ἐν ἱερομονάχοις κυρ. Ἰγνατίου τοῦ Καλοθέτου."

bere pro κακόν, plurimasque ejus bonas verasque scripturas omitteret, neque in iis quas afferret ad litteram semper exprimeret quod est in codice. Quibus omissis satis habui quæ ex parte hodie amissa protulerat annotare tanquam ex D. Cam. Correctores codex præter librarium, qui codicem scripsit et raro se ipse correxit, expertus est plures, litterarum figura et atramenti colore discrepantes, sed pauca tantum emendantes aut eradentes. In quo genere mirum quod quum hic codex solus sæpissime ν addat ante consonantes, interdum vero ante vocales omittat, corrector unum tantum alterumque erasit, velut in ἐστιν 3, 2, 5 et 7, in παρηγγύησεν 8, in ἐκέλευεν 11, in ἔλεξεν 12, in πᾶσιν et προσέλαβεν 3, 3, 1, in προύπεμπεν 4, in ἔλαβεν 5 etc.

G. Guelferbytanus 71, 19, membranaceus, foliorum formæ quartæ 193, Œconomicum, Cyropædiam et Anabasin complexus, plures in Cyropædia, foliis 23—117 scripta, expertus correctores, qui modo in margine modo supra versum modo in ipsis versibus veterem scripturam ita eraserunt et obscurarunt, ut nisi alii codices indicium facerent, non modo divinare nemo posset quid scriptum olim fuisset, sed ne animadverteret quidem quisquam aliquid elutum aut obductum latere, quod vel nunc difficile interdum est dignoscere. Folio ante codicem inscriptum τοῦ Γουαρίνόυ τοῦ Οὐερωναίου.

His tribus codicibus per librum primum quartus accedit R. Bremensis bibliothecæ publicæ, olim Goldasti, chartaceus formæ quartæ versuum fere 32, recentissimus, præter alia multa Cyropædiæ tenens librum primum et ante Aristidis orationem priorem ὑπὲρ ῥητορικῆς excerptorum ex Cyropædia paginam. Ejus varietatem ego exhibui diligentius excerptam quam Schneiderus, quippe ducti ex libro non contemnendo, sed correctionibus aliis super alias glossisque inter versus referti, ipsoque aspectu deformis, ut multas ejus mendas earumque correctiones omiserim.

Horum igitur librorum quæ adhuc ferebantur collationes quum haud raro fallerent judiciumque de locis singulis impedirent, accuratioribus demum quas ego exhibui effectum est ut rectius tam de illis quam de ipsa librorum fide eorumque inter se ratione possit judicari. Neque consultum duxi ut jam satis superque amplæ varietatum farragini adderem ex ceteris minoris momenti libris magnam rerum inutilium molem, sed pauca tantum ex iis, ubi operæ pretium videretur, excerpsi. Sunt autem hi.

B. Parisinus bibliothecæ imperatoriæ 1639, olim DXXVII, 563, 2536, chartaceus, formæ quartæ, continens 1) foliis 1—103 Cyropædiam, cui subscriptum: *'Ετελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ ξενοφῶντος τῆς κύρου παιδείας προστάξει τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ περιφανοὺς ἄρχοντος, μισὲρ ἀντωνέλου, δὲ, ἀβέρσα· τοῦ μεγάλου σεκρεταρίου· διὰ συνδρομῆς, καὶ ἐξόδου, τοῦ μειδάνου, καὶ κονσιλιέρι: διὰ χειρὸς ἐμοῦ, δημητρίου λεοντάρη, τοῦ ἐκ τῆς κωνσταντινουπόλεως· ἐν μηνὶ ἰουνίῳ κβ′: ἰνδικτιῶνος ζ′: τοῦ ϛ[ου] π[ου] β ἔτους*: pariterque libro 5: *῾Ο τόδε γράφων δημήτριος λεοντάρης*, et libro 7: *῾Ο γράφων δημήτριος λεοντάρης ἔτους ϛ[ου] π[ου] β ἰνδικτιῶνος ζ′ μαΐω[η] ιγ.* Quo de homine dictum jam in A. 2) foliis 104—188 Anabasin, cui subscriptum *τέλος. ἐτελειώθη τὸ βιβλίον τοῦ ξενοφῶντος τῆς κύρου ἀναβάσεως.* 3) foliis 189—194 Theophrasti Characteres præter procemium 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 2—6 *λάβωσι*, 14, 15, 16, 17, ed. Schneid., quibus subscriptum: *῾Ομοίως, καὶ πάλιν ἐτελειώθη, καὶ τὸ δεύτερον βιβλίον τοῦ ξενοφῶντος, τῆς κύρου ἀναβάσεως, διὰ χειρὸς ἐμοῦ, δημητρίου τοῦ λεοντάρη· κατὰ μῆνα φευρουάριον τῆς ἐνισταμένης ὀγδόης ἰνδικτιόνης· τοῦ ϛ[ου] π[ου] γ ἔτους· χάριν ἀγάπης τοῦ μεγαλωπρεπεστάτου ἄρχοντος, τοῦ μείζωνος σεκρεταρίου, τοῦ αὐθέντου τοῦ ῥηγός· μισὲρ ἀντωνέλου δὲ πετρουζίοις· διὰ συνδρομῆς τοῦ μισὲρ ἀντωνίου, καὶ κονσιλιέρη· ῥηγικοῦ· καὶ ἐγὼ μὲν, καὶ ἔγραψα, καὶ γράφω, καὶ γράψω· τὴν δὲ ῥηγικὴν χάριν, οὐ δύναμαι ἔχειν: διὸ καὶ παρακαλῶ τὴν αὐθέντειάν σου ἂς εἴ με ῥεκουμεντάτος· ἐπειδὴ πάσχω πολλὰ, ἀπὸ τοὺς προκουρατόρους τοῦ ὁσπιταλίου*: † Scriptus manu multo pulchriori et atramento meliori quam A. ita totus pendet ex illo ut si quid singulare exemploque quod sequitur veriorem habet scripturam, velut *ει* secundæ passivi vel medii positum aliquoties pro *ῃ*[a], multo frequentius relicto, ea de suo appareat posuisse librarium primæ manus auctorem. Nam quas in marginibus et inter versus ipsisque in versibus correctiones habet permultas, eas recentior corrector unus vel alter duxit ex libris quales primæ expresserunt editiones aut ipse excogitavit, velut unam eamque bonam et veram *ῥύμῃ* pro *ῥώμῃ* 4, 3, 18. Itaque raro hujus libri feci mentionem, cujus neque consensio neque dissensio cum A. fidem illius aut auget aut minuit.

C. Oxoniensis Bodlejanus bibliothecæ Canonicianæ n. 39, bom-

[a] Idem in Theophrasti Char. 2, 1, ubi pr. *ἐνθυμεῖ*, intulit idem fortasse corrector qui apud Xenophontem alteri fere substituit.

bycinus seculi 14 vel 15 ineuntis, continens fol. 3—136 diversa ab reliquis quæ continet Xenophontis scriptis manu exaratam Cyropædiam, ut dixi præf. ad Anab. p. vi. Multas ejus scripturas memoraverat Hutchinsonus in editione Oxoniensi Cyropædiæ a. 1727, alias nonnullas ego, itemque paucas quasdam ex Aldina, olim P. Pithœi, nunc ejusdem bibliothecæ Bodlejanæ, de qua dixi ibid.

E. et F. Vaticanus n. 987, de quo dixi præf. ad Anabasin p. iii, et Chisianus R. vi, 41, ab Hieronymo Amatio cum H. Stephani ed. priori a. 1561 in usum Bornemanni collati.

H. Mediceus bibliothecæ Laurentianæ plut. 55, n. 19, apud Bandinium vol. 2, p. 284, cujus varietates editæ sunt in ed. Cyropædiæ Lipsiensi a. 1823. Scriptus secundum subscriptionem *χειρὶ Γεωργίου τοῦ Χρυσοκόκκη, Φιλέλφου δ' ἀναλώμασι τοῦ Φραγκίσκοιο κλῆσιν, ἐτελειώθη μηνὶ νοεμβρίῳ κγ'. ἰνδ. ε'. ἔτους ͵ς[illegible]λε' ἐν Κωνσταντινουπόλει.* Eodem usus P. Victorius plurimas ejus scripturas ascripserat Aldinæ a. 1525, quæ nunc servatur in bibliotheca regia Monacensi, unde Fr. Jacobsius transtulerat in marginem editionis Schneideri, mihique jam olim benigne concessit. Quod exemplar ego dixi Q.

I. Liber ignotus, de quo Valckenarius in fronte Cyropædiæ ed. H. Stephani secundæ a. 1581 in bibliotheca Academiæ Leidensis servatæ, et a me jam præf. ad Historiam Græcam p. v. memoratæ: *Adest in exemplari Ald. Voss.* (*Hist.* 423) *collatio, hic notata literis MS. A.* (*imo A.*) (*In eodem cod. est collatio ad Hellen.*) *Lectiones istas adhibuisse in sua interpr. dr. Julius Gabrielius Eugub.*[b] Idem ad l. 3 initium p. 37 ed. Stephani:

[b] Gabrielius de libris suis in præf. ad Cyropædiæ interpretationem latinam (Venet. apud Dominicum et Jo. Baptistam Guerreos fratres 1569): "Id etiam suscepi laboris, ut correctiones non paucas extremo libro apponerem ex quibusdam antiquissimis Græcis codicibus erutas, qui manuscripti Perusiæ in ædibus Divi Petri asservantur. Fuit vero mihi una cum Constantino Rhallio et Viviano Brunorio, eruditissimis viris, eorum legendorum et conferendorum magna potestas permissa, Julii Feltrii Cardinalis, illius tum provinciæ legati, auctoritate et gratia: apud quem conjunctissime eo tempore et amantissime vivebamus, litterarum studia colentes. Neque vero non multo plures ex illis exemplaribus emendationes excerpseramus: sed cum pleræque earum in eo Xenophonte reperiantur qui postea Henrici Stephani typis est impressus; non necesse habui omnes hic adscribere, sed eas tantum quibus ille caruisse videtur, quæque spero fore ut his, qui in Græcis litteris sunt versati, valde probentur."

In seqq. multo pauciora notantur in marg. Ed. Ald. Voss. N. 423. *Oia tamen enotavi quæ legi potuere (et pleraque lecta a me st commode) sub litera MS. A.* Memorat autem tam Gabrielius ab Valckenario omissas quam Valckenarius multo plures ab Gabrielio non notatas, etsi plurimæ utrique sunt communes, ut dubitari non possit quin eodem sit libro usus Gabrielius, quem ego dixi O.

K. Codex item ignotus, de quo Valckenarius ibidem: *Quæ leguntur sub literis MS. C. sunt ex collatione Angeli Bergitii ad* K. Π. *ad edit. Paris. in 4to. inter Voss. Hist.* 251. De qua Reiskius Addend. ad Animadversiones in Sophoclem p. 58, ubi de Sophoclis codice Lipsiensi: "Pulcherrime est exaratus, manu, nisi fallor, celeberrimi illius calligraphi Græci, *Ang. Bergitii*, qui multos codices Græcos regi Franciæ Francisco I. manu sua, quæ elegantissimas pingebat literas, exaravit in bibliothecam regiam Parisinam illatos. Manum hominis vidi aliquando in Bibliotheca Leidensi publica, in editione Wecheliana librorum Xenophontis de Cyri institutione, quos ad Cod. Mst. exegerat."

L. Bibliothecæ Leidensis membranaceus formæ quartæ foliorum 239, versuum fere 27. Litteris grandioribus nitide et eleganter scriptus correctores expertus est tres, unum ipsum qui codicem scripsit librarium, alterum recentiorem, postremum novitium. In folio quod primum antecedit scriptum: *Xenophon de pędia Cyri. Ex libris Germani Brixii.* Libro 8, 8, 7 ad illa τοιγαροῦν ὅστις etc. recentior manus, quæ passim scholia apposuit in margine, ascripsit: Ὡς καὶ νῦν ἐν ἡμετέρᾳ ἰταλίᾳ διὰ τὰς πυκνὰς καὶ παντοδαπὰς στάσεις καὶ φιλονεικίας. Hic liber quum ita conveniat cum Guelferbytano, ut licet non sit ductus ex illo, nihil tamen fere ab eo discrepet nisi receptis aut non receptis correctionibus correctorum quos expertus est Guelferbytanus, proprii autem boni verique nihil fere habeat, perraro est ab me memoratus, etiam correctoribus illis literis r. et n. distinctis.

M. Codex Meermannianus ab Valckenario collatus cum Stephaniana, de qua dixi in I., ubi ipse p. 1: "*M. designat Codicem Meermanni ex optimo descriptum*," et ad finem Cyropædiæ: *Codicem Meermanni* K. Π. *totum ipse (L. C. V.) contuli, atque illinc lectiones varias horis subcisivis enotavi accuratissime.*" Convenit sæpissime cum G. In Anabasi eundem dixi T.

V. Codex, de quo Valckenarius ibidem: *Quæ sub literis V. R. sunt lectiones ex codice Vincentii Rustici, adscriptæ edit. Juntinæ Bibl. Leid. et a me transscriptæ.*" Is codex solus cum Vaticano 7, 2, 23 consentit in singulari scriptura προείλοντο pro εἵλοντο, cum Aldina 2, 1, 2 in τρισμυρίους pro δισμυρίους, et 4, 2, 26.

T. Taurinensis, de quo Pasinus Codd. Taurin. vol. 2, p. 393: "Codex CCCVI. c. 11. 8. Chartaceus, cui folia 169. circa finem sæculi XV. in quo Fol. 1. Xenophontis Cyropædiæ libri octo, ad quarum calcem legitur: εἴληφε τέλος ἐν Ῥώμῃ ϛϡξγ. *finem accepit Romæ anno* 6963. (Christi 1455)." Proœmii lib. 1, 1, 1—6, accuratissimam collationem debeo Claudio Dalmazzo, doctissimo Anabasis interpreti.

Editionum veterum quæ ex codicibus sunt ductæ Juntina a. 1516 et Aldina a. 1525, excepta ea parte quam deesse dixi D., 4, 2, 20—5, 2, 27, aliquoties tantum sunt memoratæ, ubi levia quædam menda solæ tollerent, pariterque margines Stephanianæ a. 1581 (N.) et Juntinæ a Villoisono cum Weiskio communicatæ, de qua dixi præf. ad Anabasin p. vii (P.) denique libri Brodæi in ejus Annotationibus in ed. Basileensi 1568. Omnia enim exiguus fuit usus post libros præcipuos, quorum copiam fecerunt viri clarissimi C. B. Hasius, L. Dœderleinius, Bethmannus.

Est autem librorum Cyropædiæ eadem conditio quam librorum Anabasis esse dixi præfatione ad illam p. viii, ut propter librariorum incuriam correctorumque licentiam quum in dialecto aliisque rebus levioribus tum in omni orationis conformatione meliores pariter atque deteriores perinde fallant. Et dialecti quidem vitiis nonnullis eorum quæ notavi l. c. etsi liberiores sunt libris Anabasis, veluti quod perraro exhibent alienum a Xenophonte ξὺν, servantque etiam aliquoties abolitas in Anabasi formas ἑόρακα, ᾔσαν, πρῴ, rursus alia multo crebrius inferunt, ut ipsi meliores sæpissime ρσ pro ρρ, σσ pro ττ, quæ singula notare omisi, ut γιν— in γίγνεσθαι et γιγνώσκειν. Consentiunt etiam 1, 3, 10, in forma ὠμνύετε non minus quam libri Anabasis 2, 5, 39, in veriori ὤμνυτε. Quomodo Xenophontem scripsisse prodere etiam singularem ἐπεδείκνυ ex vestigiis librorum 1, 4, 10 a me restitutum dixi ad 6, 4, 6, ibidemque animadverti plurimum in talibus fallere libros non solum Xenophontis, sed Atticorum omnium, de quibus idem dicendum quod de Thucydide dixit Arnoldus præf. ed. secundæ p. iv, neque sperandum esse multum

novæ opis a codicibus neque dubitandum quin etiam sine illis restituendæ sint formæ legitimæ. Itaque ut ipso grammaticorum testimonio constat Thucydidem scripsisse *σῷ*, non *σῶοι*, quod suppositum in libris omnibus, ita Xenophonti, cui in Anabasi *σῶς* pro *σῶος* bis restitueram ex codice Bodlejano, idem constanter restitui in Cyropædia, ut dixeram ad Anab. p. ix. Et quemadmodum Thucydidem ex eorundem grammaticorum testimonio *διεζωμένοι* scripsisse constat 1, 6, ubi *διεζωσμένοι* libri omnes, et Xenophonti Cyrop. 7, 1, 2; 5, 22, *ἐκέχριτο* et *κεχριμέναι*, 7, 5, 27, *κεκλειμένας* restitui ex codicibus, ita *σέσωμαι* 3, 2, 15; 5, 4, 11, et semper apud antiquiores scribendum esse pariterque *σωτέος* pro *σέσωσμαι* et *σωστέος*, persuadent quum formarum harum tenuia apud Platonem et Euripidem vestigia tum glossa Photii s. Suidæ, quæ *διεζωμένοι* illud servavit: *Σέσωται καὶ σεσωμένος· οἱ παλαιοὶ ἄνευ τοῦ σ· καὶ διεζωμένοι φησὶ Θουκυδίδης· οἱ δὲ νεώτεροι σέσωσμαι· ἐπ' ἐνίων ἁπλῶς παραλείπουσι τὸ σ. κεκλειμένον, πεπρημένον.* Qualia raro intacta siverunt librarii, ut *πεπρημένον* unus Ravennas Aristoph. Vesp. 36, consentiens Nub. 1203, Eccl. 838, cum reliquis in *νενησμένος* et *νενασμένος*, quod *νενημένος* scripserat Aristophanes, ut Thucydides et Xenophon. Plurima autem de hoc genere jam antiquitus fuisse depravata produnt grammatici, vicissim deteriores afferentes formas quam libri hodie superstites suppeditant, ut de forma accusativi in *εῖς* pro *έας* dictum ad 1, 1, 2; de forma *ἀπαρασκεύαστος* ad 2, 4, 15 notata Pollucis 6, 143 ostendit testimonium, hanc ex eodem proferentis loco Demosthenis p. 1453, 2, quo codices consentiunt in *ἀπαράσκευος*, ut ceteris ejus est locis omnibus. Itaque si Xenophontis libri in multis migrant dialecti Atticæ leges, his testibus non plus tribuendum quam reliquorum Atticorum codicibus, quum ipsius Thucydidis, qui perfectum Atticismi habetur exemplar, non minus sint vitiosi. Eadem enim, ut paucis defungar exemplis, apud Thucydidem confusio formarum *πλέον* et *πλεῖον*, quod vel apud poetas rarum a prosa prorsus videtur alienum, pariterque formarum *πλείων* et *πλέων*, quod vicissim poetis peculiare ab librariis forma *πλέον* deceptis perpetuo infertur, ne dicam de formis talium comparativorum solutis et contractis in *ους* et *ω*. Tum in flexione verbi eadem apud utrumque inconstantia in optativi formis in *οίη* et *οῖ*, de qua dixi ad 1, 6, 2, et pluralis in *ημεν* et *μεν*, de qua ad 6, 3, 10; 7, 1, 41. Cujus quæ feruntur exempla poetarum Atticorum, ut Eur. Cycl. 132, *δρῴημεν*, ubi *συνδρῷμεν* Dawesius, Ion. 943, *φαίημεν*, ubi item *συμφαῖμεν* locum

habere videtur, adeo sunt pauca et incerta ut neque poetis, de quibus post Dawesium Porsonus Aristophan. p. 80, possint vindicatæ haberi et alienas esse ab usu Atticorum credendum videatur Atticistis, Mœridi p. 93 et Thomæ p. 153, nec raris librorum indiciis, unde ego ἀριστῷτε restitui Xenophonti, ut dixi ad Anab. p. xiii, et Tragicis, Platoni, Isocrati, restituta sunt εἶμεν, εἶτε etc., de quibus Heraclides apud Eustathium Od. p. 1907, 44. Cujusmodi formis non semel iterumque usos esse quorum in libris aliquoties reperiuntur, sed vulgares tantum non semper ab librariis substitutas facile credet qui vel Alexandrinum ἥμην illatum viderit 6, 1, 9, codicis unius auctoritate a me sublatum, ut ib. 10, non minus Alexandrinum σφέτερος pro ἡμέτερος. Ejusdem generis est imperativi forma in ωσαν, de qua Thucydidi et Xenophonti, ut reliquis Atticis, illata ad 4, 6, 10, plusquamperfecti secunda pluralis in ειτε, de qua ad 1, 3, 10, formæque ἔφης et ἀπῄεις, de quibus ad 4, 1, 23; 5, 1, 25; μεμνῷτο, de quo jam a grammaticis lecto pro μεμνῇτο, ut καθοίμην pro καθῄμην 5, 1, 8, ad 1, 6, 3, aliæque formæ alibi sublatæ aut notatæ tanquam suspectæ.

Crasin in prosa Atticorum multo fuisse frequentiorem quam nunc apparet in libris vel ipsorum constat indicio, quo quum aliquoties restituta sint non solum ἁνὴρ et ἁγὼν, ut 2, 2, 7; 3, 3, 44, sed etiam ἅνδρες 2, 2, 7; 2, 3, 15, et ἃν 5, 3, 9; 5, 5, 35, facile intelligitur libris aut ἃ ἂν præbentibus aut ἂν, ut 1, 6, 26; 2, 1, 27; 3, 1, 12, quemadmodum τὰ ἄλλα, τὰ ἐκεῖ, τὰ ἐπιτήδεια, καὶ ἐκεῖνος, τὸ αὐτὸ, τὰ αὐτὰ et alia modo conjungunt modo disjungunt, ut dixi ad 7, 5, 85; 5, 4, 43, in plurimis crasin ubique esse restituendam, ut in πρου pro προε, de quo ad 2, 4, 18, et Anab. p. xiii, neque credibile esse καὶ ἂν scripsisse 2, 1, 13, 15, qui sæpissime κἂν, et κἀπενεγκὼν recepit ex libris 2, 4, 19.

Hæc autem et similia quum incuria librariorum illata sint et facile deprehendantur etiam sine librorum indicio, tuto latet vitium, ubi notiores formæ exquisitioribus sunt suppositæ, ut λεκάνιον pro λεκάριον 1, 3, 4, et præter alia ἀρτοποιὸς, ut videtur, pro ἀρτοκόπος, 5, 5, 39, aut vocabula alia pro aliis illata, ut ἀνήλωκα pro ἀνῃσίμωκα 2, 2, 15, ἀπέρχεσθαι pro ἕπεσθαι in optimos 2, 4, 18, sicut ἐρχόμενον pro ἰόντα in deteriores nonnullos 8, 5, 12, et ἀπήρχοντο pro ᾤχοντο in meliores Anab. 4, 6, 22, quæ si in omnibus legerentur, ut ἐξέρχοιτο Cyr. 4, 1, 1, ubi ἐξέρχεται dete-

riores quidam, fortasse Thucydidis et Aristophanis nihilo certiora exempla tueri viderentur, de quibus ad Thes. Stephani v. *Ἔρχομαι.* Nec quisquam facile deprehenderet veterem scripturam, ubi correctorum conjecturis ita est obscurata ut 1, 6, 19: *Ἄλλοι δ' ἐνίοτε λέγοντες ταὔτ' ἂν διαπράττοιεν,* nisi meliorum indicio librorum mihi restituere licuisset *ἐνετοὶ,* ut *ἄλλους ῥήτορας ἐνιέντες* dixit Thucydides 6, 29, ipseque Xenophon alibi *ἐνετός.* Aut 8, 4, 33: *Διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὰ ὄντα πολλάκις δεόμενοι οὐκ ἐπαγγέλλουσιν οἱ φίλοι τοῖς ἑταίροις, ἀλλ' ἀπατῶνται,* ubi ex eorundem scriptura *ἀλλὰ ἡττῶνται* effeci *ἀλλὰ τητῶνται.* Alia hujus generis vitia latere conjeci 3, 1, 17; 3, 2, 2. Et vetus conjector in meliorum scriptura 1, 1, 4, ubi deleto, ut ille voluit, *λέγεται* arguitur correctoris in vulgata emendatio. Neque alii desunt loci, ubi antiquiorum codicum quamvis vitiosa scriptura verioris vestigia servare videatur infeliciter correctæ. Velut 2, 3, 8: *Ὁρῶ γὰρ ὁμοίᾳ μὲν τροφῇ πάντας ἡμᾶς τὸ σῶμα ἀσκοῦντας, ὁμοίας δὲ συνουσίας πάντας ἀξιουμένους, ταὐτὰ δὲ πᾶσιν ἡμῖν πρόκειται,* meliores, qui *ὁμοίᾳ γε τροφῇ πάντας ἡμᾶς τὰ πάντα ἀσκοῦντας ὁμοίας συνουσίας πάντας ἀξιουμένους,* tale quid prodere videntur: *Ὁμοίᾳ τε τροφῇ πάντας ἡμᾶς χρωμένους καὶ ταὐτὰ πάντα ἀσκοῦντας ὁμοίας συνουσίας πάντας ἀξιουμένους,* fere ut 3, 3, 36: *Τούτους ὑμᾶς δεῖ ὑπομιμνήσκειν ἐφ' οἷς τε ἐτρεφόμεθα ὑπὸ Κυαξάρου ἅτε ἠσκοῦμεν.* Qui locus jam Schneidero vitii movit suspicionem. Alibi inutilia correctorum additamenta meliorum librorum dissensus coarguit, a me partim sublata partim in annotatione notata. Sed sunt etiam libris omnibus communia, qualia ampliora duo sustuli in fabula de Panthea 6, 1, 58: *Ἡ δὲ Πάνθεια ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἑαυτῆς χρημάτων χρυσοῦν τε αὐτῷ θώρακα ἐποιήσατο καὶ χρυσοῦν κράνος, ὡσαύτως δὲ καὶ περιβραχιόνια.* Et 7, 3, 16: *Καὶ νῦν τὸ μνῆμα μέχρι τοῦ νῦν τῶν εὐνούχων κεχῶσθαι λέγεται, καὶ ἐπὶ μὲν τῇ ἄνω στήλῃ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς ἐπιγεγράφθαι φασὶ τὰ ὀνόματα Σύρια γράμματα, κάτω δὲ εἶναι τρεῖς λέγουσι στήλας καὶ ἐπιγεγράφθαι σκηπτούχων.* Aliud de Cyri conjuge 8, 5, 28: *Ἔνιοι δὲ τῶν λογοποιῶν λέγουσιν ὡς τὴν τῆς μητρὸς ἀδελφὴν ἔγημεν, ἀλλὰ γραῦς ἂν καὶ παντάπασιν ἦν ἡ παῖς.* Eique non dissimile notavi 2, 2, 13: *Ὥσπερ ἔνιοι καὶ ἐν ᾠδαῖς καὶ ἐν λόγοις οἰκτρά τινα λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν.* Alia 5, 2, 8; 7, 5, 11, 12. Cujusmodi otiosorum lectorum additamenta quum in alia Xenophontis scripta tum in Cyropædiam illata facile latent, ubi neque verbis neque sententia omnino sunt absona aut librorum dissensu

coarguuntur, ut 3, 2, 16: *Ὥστε καὶ προσοφείλοντές σοι ἄλλας χάριτας ἀναπεφήναμεν, ἃς ἡμεῖς γε, εἰ μὴ κακοί ἐσμεν, αἰσχυνοίμεθ' ἂν σοι μὴ ἀποδιδόντες*, addita in nullius fere fidei libris: *ᾧ* vel *ἃ καὶ ἀποδιδόντες οὐδὲν ἄξιον οὐδ' οὕτω πρὸς εὐεργέτην καταλαμβανόμεθα τοσοῦτον ποιοῦντες.* Et minora quædam, quæ sustuli 8, 1, 10; 8, 8, 20.

Qualia non per incuriam intercidisse facile credet qui non minori licentia vera cum suppositis conjuncta viderit quum alibi tum 5, 2, 8: *Νῦν δὲ ὅτε ἀληθεύοντά σε ὁρῶ, ἤδη ὀφείλω τὴν ὑπόσχεσιν καὶ ταύτῃ ὑπισχνοῦμαι τὰ αὐτὰ ταῦτα σὺν θεοῖς ποιήσειν*, quæ meliorum ope ita constat scribenda: *Νῦν δέ σοι ὁρῶ ὀφείλων τὴν ὑπόσχεσιν καὶ ταύτῃ ὑπισχνοῦμαι τὰ αὐτὰ κ. τ. λ.* Nec mirum in libro multum lectitato haud pauca reperiri de quibus ambigas scriptoris sint an lectoris vel interpretis, velut 1, 2, 13, verba ab Stobæo et Zonara omissa *οἷόνπερ γράφονται οἱ Πέρσαι ἔχοντες*, et alia alibi ab editoribus notata.

Multo vero ante librorum superstitum ætatem Xenophontis Cyropædia aucta est appendice Epilogi, jam ab Athenæo aliisque post eum tanquam Xenophontis citati. Quem postquam Valckenarius, ut dictum ad 8, 8, 1, illius non esse significaverat, sed jam antiquitus suppositum, sententiam ejus quum alii probarunt tum Bœckhius De simultate Platonis et Xenophontis p. 26, ubi contra Schneideri disputat rationes, tempus quo scripta sit Cyropædia ex rebus in Epilogo memoratis colligi posse opinati. Nec quisquam infitiabitur, ut credi possit Xenophontem hujusmodi appendice librum suum auxisse, antiquioribus opus esse testibus quam Athenæo, etiamsi non præter omne genus scribendi vocabulorum quorundam usus, de quibus dictum ad locos singulos, a Xenophonte ejusque ætate quantum constat alienus, diversum proderet scriptorem, qui ipso libelli fine ejusmodi sibi fuisse declarat consilium, a quo alienissimus fuit auctor Cyropædiæ, quem nihil minus curasse quam veritatem historicam satis perspexerunt Aristides Art. Rhet. in Walzii Rhett. vol. 9, p. 428, 23: *Πάλιν ἐν τῇ Παιδείᾳ ὅρα πῶς μετεχειρίσατο εἰπών, Ἔννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο. τὸ μὲν οὖν νόημά ἐστιν, ὃν τρόπον Κῦρος παῖς ὢν ἐτρέφετο καὶ τίνος παιδείας μετέσχε καὶ τίνα ἔργα ἔπραξε καὶ ὡς εὐδαιμονέστατος ἀνθρώπων ἐγένετο· τοῦτο δὲ ἄλλο τι βούλεται τῷ ἀνδρί· οὐ γὰρ Κῦρον ἐγκωμιάσαι προῄρηται οὐδὲ μέλει αὐτῷ ὃν τρόπον ἐπαιδεύθη ὁ Κῦρος ἢ ἐτράφη· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν ἤθει προάγει τὸν λόγον, ὑπογραφῇ κέχρηται ὁποῖόν τινα δεῖ εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ τίνι τροφῇ καὶ τίνι παιδείᾳ χρῆσθαι, καὶ ὁποῖον μὲν δεῖ εἶναι ἔτι ἐν*

παιδίους ὄντα, ὁποῖον δὲ ἐπειδὰν μειράκιόν τις γένηται, τίνα δὲ ἔργα καὶ ἐπιτηδεύματα προσήκοντα τῷ καλῷ τε καὶ ἀγαθῷ ἀνδρί· ὁ δὲ Κῦρος ἄλλως ὄνομά ἐστιν αὐτῷ. Et Procopius De ædif. præfat. p. 3, D: *Ἄριστον μὲν δὴ βασιλέα γεγονέναι τὸν Πέρσην Κῦρον τοῖς τε ὁμογενέσιν αἰτιώτατον τῆς βασιλείας ἀκοῇ ἴσμεν· εἰ δὲ τοιοῦτός τις ἦν ὁ Κῦρος ἐκεῖνος οἷος δὴ ὑπὸ Ξενοφῶντι τῷ Ἀθηναίῳ παιδεύεται οὐκ ἔχω εἰδέναι. τάχα γάρ που καὶ ἡ τοῦ γεγραφότος αὐτὰ δεξιότης κεκομψευμένῃ δυνάμει τοῦ λόγου ἐγκαλλώπισμα τῶν ἔργων γενέσθαι διαρκῶς ἴσχυσε.* Contra Byzantini chronographi, ut Cinnamus 1, p. 1: *Ὁ μὲν γὰρ τὰ Ἑλλήνων εἰς ἱστορίαν ἔλαβεν ἔργα, ὁ δὲ Κύρου διεξῆλθεν ἀγωγήν τε τὴν ἐκ παίδων καὶ πράξεις, ὅσαι εἰς ἄνδρας ἥκοντι τούτῳ ἐξεπονήθησαν,* et qui totam Cyropædiam in Chronicon suum recepit Zonaras cum Herodoti et Thucydidis historia componentes, ut Theophilus ad Autolycum 1. 3, p. 397 C: *Ἡρόδοτος γὰρ καὶ Θουκυδίδης ἢ καὶ Ξενοφῶν ἢ ὁπόσοι ἄλλοι ἱστοριογράφοι οἱ πλείους ἤρξαντο σχεδὸν ἀπὸ τῆς Κύρου καὶ Δαρείου βασιλείας ἀναγράφειν, μὴ ἐξισχύσαντες τῶν παλαιῶν καὶ προτέρων χρόνων τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν,* inter scripta historica, ut alia fabulosa, retulerunt librum quem Niebuhrius Schol. histor. vol. 2, part. 1, p. 116, etiam tanquam fictam fabulam non melius compositum judicavit quam serio scriptam Historiam Græcam. Sed quod jam Platonem Leg. 3, p. 694 C, dicentem *Κῦρον παιδείας ὀρθῆς οὐχ ἧφθαι,* Xenophontis librum tanquam fictam fabulam notasse opinatus est Athenæus 11, p. 504 F, Bœckhius l. c. p. 29, animadvertit miro lapsum esse errore, quum *παιδείαν* Plato dicat non ipsius Cyri, sed liberorum ejus non recte ab eo institutam. Unde concidere etiam quæ Gellius N. A. 14, 3, 4, fabulatur, Platonem his verbis ulcisci voluisse Xenophontem, qui Cyropædiam conscripserit post lectos duo fere Platonis Reipublicæ libros, disputat ib. p. 25 s.

Scribebam Lipsiæ.

NOUVELLES OBSERVATIONS

SUR

LA CYROPÉDIE

PAR

M. LE BARON DE SAINTE-CROIX[a].

L'AUTORITÉ de Cicéron et celle de Denys d'Halicarnasse auroient dû entrainer tous les suffrages, et fixer le jugement de la postérité sur la Cyropédie. Ces deux anciens écrivains la regardoient comme un roman historique, dans lequel Xénophon avoit voulu étaler ses maximes sur les devoirs d'un prince. Ussérius adoptant le sentiment de Josephe et de Saint-Jérôme, osa dans le dernier siècle appeler de cette décision, et suivre le récit du philosophe Grec concernant Cyrus. L'opinion de cet habile chronologiste fut depuis embrassée sans examen par des hommes, dont le nom seul peut imposer, tels que Bossuet, Pezron, Marsham, Prideaux, etc. Ils n'eurent aucun égard à l'avis de Scaliger qui n'avoit pas craint d'avancer qu'on ne devoit pas ajouter plus de foi à cet ouvrage de Xénophon qu'au roman d'Héliodore[b]. Pétau, malgré l'envie qu'il avoit de critiquer cet illustre savant, ne crut cependant pas pouvoir s'écarter à ce sujet de son sentiment.

M. Fréret s'y conforma, mais il eût le mérite d'avoir le premier discuté à fond cette matière avec autant de sagacité et d'impartialité que de savoir et de justesse. Il démontra que les évènemens rapportés dans la Cyropédie ne peuvent se concilier, non seulement avec ceux que nous lisons dans les historiens profanes, mais même avec le témoignage de l'Écriture sainte. Il prouva encore, 1. que Xénophon a supprimé la guerre de Cyrus contre les Mèdes ; 2. que le Cyaxare de la Cyropédie est un per-

[[a] Ex editione Schneideri p. 663—682.]

[b] Emend. Temp. Proleg. p. 32.

sonnage imaginaire; 3. que Xénophon a fait un Anachronisme de vingt-six ans sur la prise de Sardes, et un de vingt-huit sur celle de Babylone; 4. enfin que Xénophon semble reconnoître lui-même, qu'il a altéré dans la Cyropédie les évènemens du règne de Cyrus, par ce qu'il rapporte sur les villes de Larissa et de Mespila dans la retraite des Dix-mille [c].

Le savant Desvignoles travailloit, en même temps que M. Fréret, à détruire la certitude des faits rapportés dans la Cyropédie, et à démontrer la foiblesse des preuves employées par les apologistes de Xénophon [d]. Son objet étoit cependant moins de justifier Hérodote dont il rejette le témoignage, que d'établir celui de Ctésias pour lequel il fait toujours paroître une grande prédilection; ce qui l'a engagé à avancer beaucoup de paradoxes. Un des plus singuliers est l'abdication faite par Cyrus du royaume de Babylone, en faveur de Darius Médus, auquel il est supposé avoir ensuite lui-même succédé; opinion dénuée de tout fondement, et suffisamment réfutée par la suite des rois que nous donne le précieux Canon chronologique attribué à Ptolémée [e].

Après les travaux de savans aussi éclairés et d'une réputation bien méritée, me convenoit-il de revenir sur leurs traces, et d'agiter de nouveau des questions qu'ils paroissent avoir entièrement décidées? J'avoue que je n'y aurois pas même pensé, si l'auteur d'une excellente traduction de la Cyropédie (M. Dacier) eût été moins éloigné de reconnoître la certitude des preuves que rapportent Desvignoles et M. Fréret. D'ailleurs ce dernier s'étant trop livré aux conjectures, j'ai cru qu'il importoit de les examiner avec soin, et d'éclaircir parlà quelques points de l'ancienne géographie, que l'habile Académicien a eu principalement en vue dans ses observations.

Plus on lit la Cyropédie, moins il me semble qu'on puisse se persuader que Xénophon y ait eu dessein d'écrire une histoire exacte de Cyrus. L'objet de cet auteur n'est pas difficile à découvrir; il cherche toujours à y mettre la morale en action.

[c] Voyez les Mém. de l'Acad. des Inscr. 7, 447, et suiv.

[d] Voyez la Chronol. de l'Hist. Sainte 2, 529, etc.

[e] Il n'est pas certain que ce fameux astronome, auquel l'école d'Alexandrie doit une partie de sa célébrité, soit l'auteur de l'ouvrage dont je parle. Un savant anonyme l'attribue à Théon, son commentateur. Observ. in fast. Græc. 14, 170. Je me propose de discuter cette opinion dans un autre mémoire. Il me suffit d'observer ici que la liste des rois, avant Alexandre de Macédoine, est regardée comme appartenant à Bérose, écrivain dont l'autorité ne peut être que d'un grand poids dans cette matière.

D'abord il veut prouver qu'un roi doit régner par la bienfaisance, et qu'avec cette seule vertu il aura plus de supériorité sur les ennemis qu'avec ses armes. D'après cette maxime, il nous montre l'empire de Babylone renversé par la défection des peuples et des grands gagnés par les bienfaits de Cyrus, et servant ensuite d'instrumens à son triomphe. Les détails concernant l'éducation de ce conquérant, ne sont amenés que pour faire sentir la nécessité chez tous les hommes de développer de bonne heure leurs qualités naturelles, et de les perfectionner par de sages institutions. Xénophon termine cette espèce de cours de morale adapté aux principes de l'école de Socrate, par un parallèle des anciennes mœurs des Perses, avec leur manière de vivre de son temps. En montrant combien ce peuple avoit dégénéré, et que sa puissance ne se soutenoit plus que par le secours des Grecs mercenaires, n'auroit-il pas voulu convaincre sa nation de la facilité qu'elle auroit à se débarasser de ses anciens ennemis, l'exhorter à une union qui tourneroit à sa gloire, enfin lui exposer tout le danger qu'il y a d'abandonner les usages de ses pères pour se livrer au luxe que produisoient les richesses, fruit de ses succès? Telles sont, je crois, les vues de Xénophon dans la Cyropédie, où il a su encore donner avec art plusieurs excellentes leçons de tactique. Elles font regarder Cyrus comme un grand général; et font connoître les Perses, dont on ignoroit avant ce prince les exploits, et qui avoient été soumis aux Mèdes, pour une nation libre et belliqueuse.

Il paroit, que Xénophon auroit dû, pour déguiser son roman, s'attacher à l'exactitude géographique: au contraire, il l'a négligée; peut-être afin que ses lecteurs s'aperçussent mieux de la fiction. Sans cela, comment seroit-il possible d'imaginer qu'un auteur si exact dans son ouvrage sur la retraite des Dix-mille, le soit si peu dans celui de la Cyropédie? Le résultat des discussions dans lesquelles je vais entrer, prouve, ce me semble, cette dernière assertion.

Les Indiens dont parle Xénophon[f], paroissent d'abord être les peuples que nous connoissons aujourd'hui sous ce nom. Les richesses qu'il leur attribue, et la proposition que fait Cyrus à leur roi, de le choisir pour arbitre des différents qui partagoient alors les Mèdes et les Babyloniens[g], nous donnent une grande idée de la puissance de ces Indiens, laquelle ne sauroit

[f] Cyrop. ed. Hutchinson, p. 58, 150, etc.

[g] Id. p. 158.

convenir à aucune nation circonvoisine. Le philosophe historien ajoute cependant que les Chaldéens, dont il sera bientôt question, servoient dans les troupes du monarque Indien, ce qui n'auroit pas été praticable, si ce prince eû règné sur les peuples de l'Indus et du Gange. La conjecture de M. Fréret, qui suppose les Indiens de la Cyropédie être les habitans de l'ancienne Colchide, auroit été plus vraisemblable, si les preuves dont il l'appuie n'eussent pas été moins foibles; on en jugera par celle-ci. Selon ce savant, les Grecs du Pont-Euxin ayant un Caucase et un Tanaïs dans leur voisinage, et trouvant des peuples noirs, les Colches, qu'il regarde comme Ethiopiens, les crurent Indiens, parceque dans leur système de géographie, les Indes et le Caucase étoient inseparables. M. Fréret auroit dû faire attention qu'Hérodote ne parle point d'un pareil système, imaginé seulement par les compagnons d'armes d'Alexandre, et par conséquent postérieur au temps de Xénophon. Il ne seroit pas néanmoins impossible que les richesses de la Colchide eussent fait donner aux peuples qui l'habitoient le nom d'Indiens, nation dont l'opulence étoit célèbre. Il en put être de même que des pays situés à l'Orient de cette première contrée, connue à présent sous les noms d'Imméréta et de Carduels, et fort remplis de mines d'or[h], qui par cette raison s'appellèrent Ibérie, suivant la remarque de Strabon[i].

Un passage d'Hérodote[k] a donné lieu aux conjectures de M. Fréret. Cet ancien historien y parle des Indiens, peuple du Bosphore: il n'est pas aussi indifférent que le pense l'habile Acadèmicien, d'y lire Indiens, ou Sindiens[l]. Holstenius et Wesseling se sont déclarés pour cette dernière leçon qui se trouve confirmée par un fragment d'Hellanicus[m] et par l'autorité de Scylax[n], de Strabon[o], d'Arien[p], de l'écrivain Grec à qui nous devons le poëme des Argonautes[q] faussement attribué à Orphée,

[h] On connoit sur-tout celle de *Gumuchekhana* dans les monts Pariadres, situés au sudest de Trébisonde dans le pays des Lazes, qui est l'ancienne Colchide Transphasiane.

[i] —*Ἴβηρας ὁμωνύμως τοῖς Ἑσπερίοις καλοῦσιν.* Strabo 11, 343.

[k] Herod. 4, 28.

[l] Acad. des Inscr. 4, 604.

[m] *Βόσπορον δὲ πλεύσαντι Σινδοί. ἄνω δὲ τούτων Μαλιῶται Σκύθαι . . . .* Schol. Apoll. 4, 322, ubi legend. *Μαιῶται* pro *Μαλιῶται*.

[n] *Μετὰ δὲ Μαιώτας Σιντοὶ ἔθνος* Perieg. p. 29, 30. Il faut encore lire dans ce passage *Σινδοὶ* pour *Σιντοὶ*, puisqu'on voit après *Σινδικὸς λιμήν*.

[o] Lib. 11, 339.

[p] Peripl. Ponti Eux. ed. Blanc. p. 131. Cet auteur met le païs des Sindes ou Sindiens à 540 stades de Panticape, ville du Bosphore Cimmérien.

[q] *Σιντῶν δ' ἀγερώχων*, v. 1044, legend. *Σινδῶν*.

de Pomponius Mela[r], enfin de Valerius Flaccus[s]. Une seule lettre, ou une simple terminaison change souvent le nom des peuples et sert à les distinguer entre eux, soit pour désigner leur différente origine, soit pour constater leur émigration. Citons-en un exemple: les Sintiens, *Σίντιοι*, habitoient autrefois l'isle de Lemnos[t], en passant dans la Thrace, ils ne s'appelèrent plus que Sintes, *Σίντοι*[u]. On m'objectera sans doute la division de l'Inde admise par les géographes Arabes, sous les noms de Hend et de Send, mais elle n'etoit pas connue au tems de Xénophon; d'ailleurs les Sindes ne pouvoient avoir aucun rapport même éloigné, avec les habitans des bords de l'Indus. Les premiers étoient au dessus des Méotes, et faisoient partie des Scythes[x], ils avoient donc les mœurs sauvages et agrestes, ce qui n'annonce guère une nation puissante. Ils firent néanmoins quelques invasions, dont ils perdirent le fruit avec leur liberté, suivant une tradition que Valérius Flaccus nous désigne d'une manière un peu obscure dans ces vers:

> Degeneresque ruunt Sindi, glomerantque paterno
> Crimine nunc etiam metuentes verbera turmas[y].

Cyrus força les Chaldéens de faire la paix avec les Arméniens. Il est évident par tous les détails, qu'on trouve dans la Cyropédie sur le premier de ces deux peuples[z], que Xénophon, comme observe M. Fréret[a], n'a point voulu parler des Assyriens de la Mésopotamie, mais des Chalybes, nation dont une partie habitoit au midi du Pont-Euxin et l'autre au Nord de l'Arménie. Ceux-ci furent connus dans l'antiquité sous le nom des Chaldéens[b], nom dérivé, suivant Eustathe, de celui des Chalybes[c] appellés au tems d'Homère Alisones[d], ensuite Alybes[e].

Personne n'ignore que ce peuple s'étoit entièrement adonné aux travaux des mines, et passois pour d'habiles forgerons. Bochart cite à ce sujet un passage curieux du Poliorceticon de Daimaque[f]. Cette réputation fût cause que le nom de Chalybes

[r] *Sindos in Sindonum ab ipsis terrarum cultoribus condita est.* 1, 19. C'est une erreur, ce peuple n'avoit point de villes.

[s] Argon. 6, 86.

[t] Thucyd. 2, 98.

[u] Schol. Thucyd. ad h. l.

[x] Strab. 11, 341.

[y] Argon. 6, 86, 87.

[z] Cyr. p. 101, 185, 196, etc.

[a] Acad. des Inscr. 4, 594, 595.

[b] Strab. 12, 378.

[c] Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 768.

[d] Iliad. 2, 857.

[e] Strab. 12, 378. Steph. Byz. in v.

[f] Boch. Phaleg. 3, 12.

étoit souvent pris, par métonymie, pour le fer[g] et toutes sortes d'armes[h]. On leur attribue même la découverte de ce metal, et de l'art qui le fait servir à nos besoins[i]. Il est d'autant moins étonnant que cette occupation fit negliger aux Chalybes la culture de leurs terres, qu'elles étoient situées dans un pays aride et montueux[k]. La vente de leurs ouvrages leur fournissoit le nécessaire[l]; mais ne les enrichissant pas, ils eurent d'abord des troupes à la solde d'Astyage, roi des Perses; ensuite ils se livrèrent à la profession des brigands[m]. Ils ne cessèrent de l'exercer sur le territoire des Arméniens, qu'au moment où ceux-ci leur cédèrent, par le conseil de Cyrus, une portion de leurs montagnes qui étoit demeurée inculte, quoiqu'elle fût très fertile[n]. Ce fait mérite d'être remarqué, puisqu'il constate la séparation des Chalybes d'avec les Chaldéens et nous montre l'origine, jusqu'à présent inconnue, de ces deux différentes dénominations. Il convient de l'éclaircir par de nouvelles recherches.

Dans l'ouvrage sur la retraite des Dix-mille, Xénophon nous dit, que les Grecs, après la bataille de Cunaxa, dirigèrent leur marche vèrs l'Arménie, et que les généraux Perses ayant avec eux les Mygdoniens, les Arméniens et les Chaldéens mercenaires, voulurent s'opposer à leur entrée dans cette contrée. Cet historien ajoute tout de suite, que ces derniers étoient braves et libres[o]. Au contraire, il parle ailleurs des Chalybes comme d'une nation soumise aux Mosynœciens et vivant presque toute du travail des forges[p] dans le voisinage de Sinope[q]. Ils différoient des Chaldéens, selon lui, par la manière dont ils étoient armés[r]; il les en distingue formellement dans l'énumération des païs, que les Dix-mille parcourûrent en Asie[s]. D'après un passage d'Hecatée, ce dernier peuple habitoit avec les Arméniens

[g] *Vulnificusque chalybs vastâ fornace liquescit.* Virg. Æn. 8, 446. *Chalybs appellatur ferrum, quia primum apud Chalybas ..... inventum est.* Serv. ad h. v. *Populi sunt, apud quos nascitur ferrum, unde abusive dicitur chalybs ipsa materies.* Serv. ad Æn. 1, 58.

[h] Χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος. Æschyl. Sept. ad Thebas v. 736, ubi Schol. *σεσωματοποίηκε γὰρ τὸν σίδηρον.* M. de Pompignan traduit le passage de ce poëte, "le fer, ce mortel poison des Scythes," Trad. d'Eschyle, p. 116. Ce qui plutôt signifie: "le fer qui nous vient des Scythes, qui a été transporté de la Scythie où il croit."

[i] Ammian. Marcell. 22, 8, etc.

[k] *Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in agris.* Val. Flacc. 4, 611. Vid. Schol. Apoll. Argon. ad Lib. 2, 1007.

[l] Schol. Apollon. loc. supr. cit.

[m] Cyrop. 2, p. 203.

[n] Id. p. 200.

[o] *οἱ Χαλδαῖοι ἐλεύθεροι καὶ ἄλκιμοι....* Exp. Cyr. ed. Hutch. p. 184.

[p] —*ὑπήκοοι τῶν Μοσυνοίκων.* id. 5, p. 394.

[q] Id. p. 395, 396.

[r] Id. p. 184 et 335.

[s] —*Χάλυβες καὶ Χαλδαῖοι* p. 616.

près des monts Scydisses. Leur territoire étoit limitrophe de la Basilissène, de la Phasiane et de la Chorzène, provinces de l'Arménie[t] et avoit au Nord celui des Macrones, appellés depuis Sanniens[u]. Ces Chalybes sont les Chaldéens de la Cyropédie. Les autres, dont ceux-ci étoient une colonie, avoient conservé leur ancien nom; ils demeurèrent toujours entre Sinope et Amisus[x]. Apollonius de Rhodes les rapproche des côtes du Pont-Euxin, pour les mettre sur les bords du Thermodon[y]; Scylax les place entre les Tibarènes et les Assyriens du Pont[z]; enfin Pline embrasse la seconde opinion, en fixant leur demeure près de Thémiscyre. Cet illustre naturaliste en fait très bien la différence d'avec les Arméno-Chalybes, *gens Arméno-Chalybes*[a] ou Chaldéens de la petite Arménie[b].

Xénophon fait mention[c] d'un présent que Cyrus fix aux chefs des Syriens, et d'un ordre qu'on publia en Syrien, *Συριστὶ*, après la prise de Babylone, pour obliger ses habitans de se renfermer dans leurs maisons, leur promettant à cette condition leur grâce. Cet écrivain a voulu parler dans ce passage des Assyriens à qui les Grecs donnoient le nom de Syriens[d]. Les peuples que nous connoissons sous cette dernière dénomination, étoient proprement appellés par les Grecs *Araméens*[e]. Suivant l'usage de sa nation, Strabon donne le nom de Syriens à Ninus et à Sémiramis[f], et appelle l'ancien royaume d'Assyrie l'empire des Syriens, *τὴν Σύρων ἀρχήν*. Pomponius Méla comprend dans la Syrie, la Cœle-Syrie, ou Syrie creuse, entre le Liban et l'Antiliban, la Mésopotamie, la Damascène, l'Adiabène, la Babylonie, la Judée et la Comagène[g]. Tout le pays depuis Babylone jusqu'au Golfe d'Issus et au Pont-Euxin, étoit habité par différens peuples connus en général sous le nom de Syriens[h]. L'écriture[i] et les

[t] Ap. Steph. Byz. in v. Χάλυβες.

[u] Strab. 12, 378.

[x] Pomp. Mela 1, 19.

[y] Id. 2, 370, 1003, *ἀγχιάλων Χαλύβων* 4, 1475.

[z] Peripl. p. 31, 32.

[a] Hist. Nat. 6, 3. vid. Strab. 12, 378.

[b] Depuis que j'ai communiqué ces observations à l'Académie, j'ai eu connoissance de celles de M. Michaëlis sur les Chaldéens. Il prétend que ceux du Pont-Euxin ou Chalybes ne faisoient anciennement qu'une même nation avec les Chaldéens de la Mésopotamie, où plusieurs hordes de ces pasteurs vinrent s'établir. Ce passage de Jérémie relatif à ce peuple, *frangeturne ferrum? ferrum septentrionale ut æs* 15, 12, me paroit une preuve décisive. Le savant et judicieux professeur de Gœttingue en rapporte néanmoins d'autres, qu'il faut lire dans son propre ouvrage, Spicileg. geogr. Hebræorum ext. post Bochartum, pars secunda, p. 77—94.

[c] Cyrop. p. 600.

[d] Herodot. 7, 63.

[e] Strab. 1, 28.

[f] Lib. 2, 58.

[g] Lib. 1, 11.

[h] Strab. 16, 507.

[i] Genes. 28, 6, 7, ex vers. LXX interpr. Josephi Ant. Jud. 7, 8.

Orientaux[k] se servent encore de la dénomination de Syriens, pour désigner les peuples de la Mésopotamie[l]. Cyrus allant de Sardes à Babylone, soumit les Cappadociens et les Arabes[m]. Ces derniers doivent être des Arabes Scénites qui habitoient les montagnes de Cilicie et le mont Amanus et que Pompée vainquit; ou ceux qui erroient dans les déserts situés à l'Occident de l'Euphrate et dont Xénophon fait mention dans sa retraite des Dix mille[n]. Ces Scénites avoient-ils leur demeure dans l'Arabie, dont Cyrus fit une satrapie particulière, qu'il donna, selon Xénophon, à Mégabyze[o]? Un pays stérile et sans eau[p] pouvoit-il être une province importante de l'empire de Cyrus? Je crois que Xénophon a compris, sous le nom d'Arabie, la Palestine, l'Idumée, la Phœnicie, l'Arabie Petrée, celle d'Héroum, enfin toute la contrée, depuis la ville de Posidéon jusqu'à l'entrée de la presqu'-Ile d'Arabie, laquelle formoit, selon Hérodote, la sixième satrapie, du tems de Darius fils d'Hystaspe[q]. On observera encore que les Arabes Scénites, qui étoient à l'Occident de l'Euphrate, ont été connus sous la dénomination de Syriens[r].

Dans le récit des expéditions militaires, que Cyrus fit dans la Babylonie, Xénophon paroît avoir négligé l'exactitude géographique: "On cherchera inutilement, dit le savant Desvignoles, Suze, Ninive ou Ecbatane, si renommées dans l'histoire des Mèdes; la seule Babylone est nommée dans le V. livre, comme si la haute Asie n'en avoit point d'autres; ce n'est qu'à la fin de la vie de Cyrus qu'il y joint Suze et Ecbatane. Nous ne saurions pas même que la rivière, qui traversoit cette ville (Babylone), s'appelle l'Euphrate, si nous ne l'apprenions d'ailleurs; et on diroit que c'est l'unique rivière de ce pays-là. On ne parle d'aucune autre, etc.[s]"

Xénophon s'est donné à l'égard de la position de plusieurs peuples une liberté qu'on auroit peine à souffrir dans un poëme épique. M. Fréret remarque très bien[t], que les Hyrcaniens, les Caduséens, les Saques ne sauroient être placés, selon la Cyropédie, qu'à l'Occident de l'Euphrate. La marche de Cyrus qui passa près de Babylone, en revenant du pays qu'habitoient ces

[k] Alferg. Elem. Astron. 1, et Gol. not. p. 17.

[l] Me. Dacier excuse sur cet article son auteur, en disant que, conformément à cet usage, il se permet d'étendre ou de restreindre à son gré cette dénomination, note 1, p. 5.

[m] Cyrop. p. 517.

[n] Lib. 1, p. 45.

[o] Cyrop. 8, p. 638.

[p] Ἄνυδρα καὶ λυπρὰ, ut ex l. 16. Strab.

[q] Herodot. 3, 91.

[r] Strab. 16, 507.

[s] Chronol. de l'Hist. Sainte, tom. 2, p. 539, 540.

[t] Acad. des Inscr. 4, 604, 7, 428 et suiv.

peuples, et retourna ensuite sur les frontières des Mèdes et des Assyriens[u], démontre ce que nous venons d'avancer, et on ne peut encore douter, que ces trois peuples ne fussent voisins les uns des autres, suivant ce que le chef des Hyrcaniens dit lui même à Cyrus[x]. L'historien Grec nous découvre ainsi la vraie position de ces peuples, et la contradiction dans laquelle il est tombé.

